



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

1. Episcopus, an sedere pro tribunali possit in quovis loco suæ diœcesis
etiam exempto.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

P A R S S E C U N D A .

Complectens materias judiciales.

Q U A E S T I O I .

Episcopus an sedere pro tribunali possit in quovis loco suae diocesis
etiam exempto ?

S U M M A R I U M .

- | | |
|--|--|
| 1. Sicut Pontifex est dioecesanus totius orbis,
ita Episcopus sua diocesis. | empto. |
| 2, 3, 4, 5. Sedere pro tribunali potest quovis
in loco, non tamen exempto. | 9. Officialis habens certum tribunal, tenetur
reddere iura. |
| 7, 8. Nec exerceat Pontificalia in loco ex- | 10. Fallit nisi sit in comitatu Episcopi. |
| | 11. Item ex rationabili aliqua causa. |



Uemadmodum Pontifex dicitur esse Episcopus sive dioecesanus
totius orbis, *Trollus tract. de Canonisat. Sanctorum §. sequitur ser-*
vandum n. m. 28. & 29. 1. exi. cap. Cuncta per mundum 9. quest. 3.
Ita etiam Episcopus in assignato sibi Episcopatu sive Diocesi, quae
ideo dicitur territorium esse Episcopi sive Parochia, quod omnes
Ecclesiae locave illius jurisdictioni curae & spirituali ejus potestati
subjiciantur, *cap. Cum contingat de foro compet. cap. Cum Episcopus de officio ordin.*
in 6. cap. omnes Basilica 16. quest. 7. Selva de beneficio part. 2. quest. 22. Rebuff. l. pupillus §.
territorium vers. & tota crunas ff. de verb. signif. adeo quidem, ut quovis in loco suae
diocesis pro tribunali sedere, ibique iura reddere possit, cap. cum Episcopus de officio ordin.
in 6. Bertachinus tract. de Episcopo lib. 4. part. 5. num. 70. & 71. ubi pulchra tradit, &
qua saepe contingunt in facto. Cucchus instit. Iuris Canonici lib. 1. cap. 12. vers. cum Epif-
copus Bellencim. tract. de charit. subisd. quest. 32. n. 3. Francisc. Pavin. tract. de visitatione
quest. 5. secunda partis n. 7. Marant. de ord. iudic. part. 6. in decis. actu primo n. 78. Idque
etiam in sua camera tam per se, quam per alium, modo tamen locus sit honestus, par-
tesque possint adire sine gravi eorum incommodo. *late Navarr. Conf. 2. de officio or-*
din. lib. 1. ubi idem extendit ad Archiepiscopum Pavinus d. num. 7. At vero in loco
exempto Episcopus pro tribunali sedere aut iura reddere minime possit. *text. d. cap.*
Cum Episcopus, ubi gloss. & glo. Clem. quarevis verbo, aut eo de foro compet. ubi Card.
n. 29. Brixien. in reperi verb. Episcopus & verb. exemptio. docti Vanus de nullitate ex
desertu iudicis ordin. num. 108. fol. 128. Ratio est, quia iudex erigere nequit tribunal
extra suam diocesium in qua haberetur ut privatus. *cap. notandum 2. quest. 3. cap. Epif-*
copus

copius 9. quest. 3. Borzaf. tract. de irregularit. parte 6. quest. 2. fol. 152. Vantius d. n. s. 108. locus enim exemptus, & locus extra diocesim sive territorium iudicantur a pati. Martin. Land. tract. de privileg. qu. 60. vol. tract. 2. fol. 287.

- 7 Similiter Episcopus in locis exemptis, nisi invitatus, mitra uti non potest, cap. Episcopi 7. quest. 1. D. D. cap. ex inarum de usu pallii Laudensi. Clem. quatuor de foro compet.
- 8 gloss. Clem. fin. de privileg. Brixien. in repert. verb. Episcopus. Nec quoque generaliter, lic disponente Concilio Trident. Pontificali exercere. Conc. Trident. sess. 6. cap. 5. de Refor. sess. 14. cap. 2. Quae tamen de Episcopo dixi, ut quovis loco suae diocesis sedere possit, restringenda sunt in ejus vicario sive officiali, cui tribunal seu judicialis locus est constitutus, isti enim loco ad reddendum jura ascriptus est. Zasius hinc pluribus ff. de iust. & iure. Brecheus l. Provinciales ff. de verb. signif. Calvinus in lexico juris verbo diocesis. Quod temperandum est, nisi officialis sit in comitatu Episcopi, tum enim ibi jura reddet, ubi cum Episcopo reperitur. Zas. Brecheus jam citati. Secundo, restringit Vantius, nisi Officiali ex aliqua rationabili causa se ad alium locum decentem transferre visum fuerit. Alberic. l. cum sententiam C. de sent. & li. C. de sentent. ex brevi. Spec. de sententia §. Iusta. vers. Quid si pronunciat in alia turri. Vantius de nullit. ex defectu iud. ordinarii n. 11. vers. nisi ex aliqua. Quae autem censenda sit rationabilis, & a quo pendet ex iis quae alibi affatim notantur per Doctores. Menoch. de arbit. iudic. casu 421.

Tertio, restringendum est in ordinario, qui e sua diocesi expulsus est. Is enim in aliena diocesi petita licet non obtenta licentia subditis tuis Iurisdictionem administrare poterit, Clem. unica de foro compet. Greg. Sarrus in thes. Theol. moral. lib. 2. cap. 21. n. 28. in fin. Denique traditum est, quod Episcopus certis in casibus iurisdictionem habens in loca exempta, potest in illis officialem deputare, Rot. Noviss. decis. 145. n. 2. part. 2. & latius decis. 796. per rot. part. 1.

Q U A E S T I O II.

Legatiam iurisdictionem habeant in exemptos?

S U M M A R I U M.

- 1. Legati alii sunt missi, alii nati, alii laterales. causas appellationum ad Papam interpositarum.
- 2. Quid si Pontifex mittat legatum nudum cum potestate legati a latere. 5. Solum Cardinales proprie sunt legati a latere
- 3. Eiusmodi facultas est partim ordinaria, partim extraordinaria. 6. De stylo cur clausula cum potestate, &c. solet adici.
- 4. Eiusmodi legatus cognoscere potest de 7. Solum legati a latere iurisdictionem habent in exemptos.

